



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

55 Quidsi mens permutantium beneficia sit vt alter permutationem no[n]
impleat sed vtrumq[ue] beneficiu[m] retineat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

52
Permutatio
beneficiorum
imaginarie
donandi ani-
mo facta.

53
Beneficij ma-
ximi cum par-
uo permuta-
tio quando
valeat ; pro
premissorum
condimento.

54
Beneficiola
que vulgo
nuncupantur
Equi cōdu-
ctitij ne ser-
uiūt istis nun-
dinationibus.

55
Quid si mens
permutatium
beneficia sit
ut alter per-
mutationem

in fin. qua in re explicanda quidam Recētores infelicius versati fuisse depræhenduntur. Quoniam verò beneficia ecclesiastica donari nequeunt pro arbitratu possidētium, fit vt & eorū permutatio donationis causa fieri nequeat. Cæterum, si cum beneficiolo quod in titulum dari consuevit quodque sufficit alioquin ad mediocriter sustentandam hominis ecclesiastici vitam permutetur liberaliter beneficiū pinguisimum, non ausim permutationem talem quasi vel imaginariam vel fraudulentam reprobare vel ex hac inæqualitate sola suspectam habere quātumlibet Glauci & Diomedis permutationi vicinam. Cur enim benignitas cōpermutantis improbetur? cur bonitas, cur liberalitas, cū nullius vel fraude vel iniuria cōiunctæ fraudes improbamus, benignitatē commendamus. Monēdi sunt hic obiter ordinarij beneficiorū collatores ne promiscuè beneficiolabilia, quasi cōductitios equos quosdā, beneficiolibus istis nundinationibus inseruire patiātur. Ex his non difficulter constitui potest quoniam nam de beneficiorum permutatione tali sit sciendum qua permutatēs ita sunt animo comparati vt postquam alter eorum alterius beneficium acceperit, alter vicissim alterius beneficium non recipiat sed alter vtrumque retinet, altero videlicet alteri lubenter gratificanti, nulla tamen interueniente, dum permutatōnis contractus iniretur, pactione vel conuentione vlla expressa de non vrgenda permutationis implentione. Res exemplo fiet illustrior. Quid

dam A mediocre possidet beneficium ecclesia-
sticum: B tenue quoddam habet beneficiolum:
vacat aliud beneficium vehementer opimum,
cuius collator ordinarius id optaret conferre
eidem A si modò eiusdem A beneficiū illud me-
diocre deriuatū foret in eundem B citra bene-
ficioli quod iam habet amissionē. Sed quia be-
neficium illud illius A nō pertinet ad collatio-
nem huius collatoris at alterius alicuius, res per
collatorē hunc (vtriq; tam A quàm B gratifi-
cari desiderantem) confici non potest. quod si
verò A beneficiū illud mediocre suum resigna-
ret in manus ordinarij sui collatoris eiq; com-
mendaret hunc B, collator ille, præterito forsi-
tan illo B cōferret illud alteri cuipiā. quid ergo
remedij? simulat A permutationis causam cum
B, vel etiam re ipsa permutationis cōtractum
solemni more cum B init, sed ea tamen mente
(sicuti dictum fuit) vt postquā B acceperit hoc
beneficium, A nō sit desideraturus vt vicissim
sibi permutatio impleatur quoad alterius be-
neficioli redditionem per B. Proculdubio talis
permutatio tanquam vel simulata vel fraudu-
lenta viribus destituetur. quando quidem qua-
tenus est simulata nō potest esse vera sed minus
quàm imaginaria (simulatum scilicet nihil ha-
bet veri sed imaginarium saltem aliquid habet
veri) quatenus est fraudulenta iniuriam adfert
ordinario Collatori: itaque priore casu pro-
fus erit nulla, posteriore erit iniusta. Quam-
obrem alia ratione cōsulendum fuerit huic B,
nimirū vel per collatoris ordinarij spōraneam
volun-

non impleat
sed vtrunq;
beneficium
retineat.

56
Simulatiū &
imaginariū
differunt.